

1888. Simon Sulzer an Ambrosius Blaurer.

Basel 1553 December 22.

[Die geschiedene Magdalena. Nachrichten aus Italien über den Papst und den Krieg gegen den Franzosen. Wirren in Deutschland. Lycosthenes ist vom Schlag getroffen worden. Auch Sulzer war unwohl. Grüße. Orig. lat.]

Unsere Magdalena hat ein schönes Knäblein geboren. Ich habe mit den Verwandten des Jünglings verhandelt, der sich als Vater bekennen mußte; ob sie das Knäblein in Laufen lassen (wie ich fürs Beste hielte) oder direkt zum Vater bringen lassen wollen, weiß ich noch nicht. Gefahr, daß sie vertrieben werde, besteht schwerlich, nachdem die hiesige Behörde und der dortige Pfarrer unterrichtet sind. Wir danken Dir für die der Armen bewiesene Liebe.

Ex Italia accipimus lætalter ægrotare pontificem maximum nec spem vitæ superesse, et quamquam eius mors turbas est indubie datura, hoc maxime tempore, tamen quam sit allatura ecclesiæ relaxationem, non video, quia etiam mortuo Iulio tertio non moritur papa et antichristus, donec conficiatur spiritu oris domini et aboleatur claritate adventus sui. Dux Florentinorum Ianuensibus se coniunxit hostis et ipse iam a Gallo declarandus. In Corsica recuperanda nihildum confectum esse a Ianuensibus aiunt et velitari conflictu detrimentum accepisse.

Ex Germania nulla speratur pax; nam Albertus subinde vires resumat, et antagonistam H(einricum) Brunsvicensis oppressionem civitatum Svevicarum minatur, a quibus ingentem pecuniarum vim exigit, nisi hostilia eius arma pro mœnibus experiri velint. Sed et pfaffi aliquot Svevici (præsules arbitror, abbates) dicuntur turbas moliri, et, ut in summa per Lætum et Arnoldum significatur, undiquaque motus et bella perniciosa cientur. Interea Hispani catervatim adventant, certum Germaniæ flagellum, indignationis divinæ argumenta omnia vel maxime perspicua. . .

Nos etiam afflicti sumus propter visitationem domini in confratre nostro Lycosthene, organo vere sancto et viro dei singulari, dulcissimo meo pectore, qui paralysi tactus die hesternæ linguæ laterisque dextri usu penitus destituitur nec (nisi miraculo nos respicere velit dominus) ad functionis administrationem restitui posse videtur, quamvis ætate adhuc integra, hoc est anno vitæ 35°. Iacturam facit inæstimabilem nostra ecclesia in huius hominis casu, in quo cum doctrina singulari summa fides, mansuetudo, comitas humilitasque certarunt; dixisses ex candore et gratiis totum esse conflatum. Ego fere simile quid his diebus expectavi; adeo gravibus duobus paroxysmis commotum caput fuit nocte una, sed resolutione per sudorem facta a domino restitutus, ut præter raucedinem ex eo malo reliquam nihil sentiam incommodi.

Grüße Deine Gattin, auch von der meinigen; sie läßt Dich bitten, ihr törichtes Schreiben gut aufzunehmen und sie oft mit Briefen zu erfreuen.

Basile(æ) 22. Decembris anno 1553.